

NARRATIO.

Historia de restituto homine surdo ac
 muto nostra causa, in nostramq; do-
 ctrinam ab Evangelista est conscripta. Rom. 15.
 Voluit enim 1. nobis, ut & Syracides in cap. 10.
 mentem revocare, ad reprimendam in
 nobis superbiam, cui propter peccatum
 obnoxij sumus, fragilitatem. Voluit iti-
 dem in consolationem nostram nobis
 ostendere verum medicum Christum.
 Voluit deniq; exemplo plebis, dicentis:
Benè omnia fecit, &c. nos cum Psalmistâ
 invitare, ut pro liberatione divinitus vel ψ 50.
 nobis, vel alijs oblatâ, **D E O** gratias aga-
 mus. Quapropter hunc finem assignati
 miraculi intuentes.

I. Considerabimus antecedentia.

II. Miraculum ipsum.

III. Consequentia miraculum.

DE I. LOCO.

Christo adducitur homo ille miser,
 surdus & mutus, rogantq; adducentes, ut
 imponat ei manum, &c.

V S V S.

1. Innuit Evangelista in adducentibus
 esse fidem accensam, ex rumore præce-
 dentis